



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CXXIV. Romana hæreditatis de Gabrielibus. An substitutio  
compendiosa facta per paganum silio impuberi per verba communia,  
contineat directam pupillarem, vel potius sit omni tempore ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Notarius usus erat, an scilicet essent directa vel communia, & quomodo ista interpretari deberent juxta ea qua habentur congeta per Fusar. quest. 242. ubi ceteri.

Scribens pro matre dicebam, quod quidquid sit de quæstione, An & quando compendiosa concepta per verba communia, existente matre in medio, contineat dicatur, necmè directam pupillarem eam excludentem à legitima, de qua Fusar. ubi supra, & Cyriac contr. 2.41. ubi n. 28. habetur quod licetum sit iudicis ut tanquam partem inclinare; veritas tamen decisionis pendere videtur à verisimili voluntate dispensatis, ita ut questio dicatur potius facti & applicationis quam juris.

Adhuc tamen observabam satis prodesse, cum nam ex magis communis ac recepta opinione assistez regula, ad effectum ponderandi vim, ac efficaciam conjecturarum, quoniam ubi istæ fomentum habent regulæ, tunc quamvis essent minores, ac leviores sufficiunt; E conversò autem ubi habent regulam resistentem, tunc fortiores, ac majores desiderandi veniunt, ut generaliter in materia conjecturali sepius deductum habetur in precedentibus, ideoque fastidiosa superfluitas esset id repertere; Dereliquo enim mera leguleitas videtur in sola formula seu cortice verborum immorari, cum id frequenter citra voluntatem testatoris contingat à causa, quod Notarius vel alter scriptor testamenti, una vel altera verborum specie utatur, ignarus quid importent; ubi enim habemus testatoris voluntatem etiam presumptam & conjecturalem, quod ab bona propria substitutionem restringere voluerit, non curantur verba, ut plene advertitur apud Carill. dicta dec. 183 num. 10.

Quod est adeo verum, ut etiam si expressa pupillaris ordinata sit, seu facta mentione talis ætatis, versemur in casu quod indubitate illa contenta sub compendiosa talem vim habere, adhuc tamen si testator voluntas contrarium suaderet, ista est attendenda, ut plenè firmatur in Ravennaten. legitime. Junij 1666. coram Otalora, in cuius casu quamvis ageretur de pupillari expressa, quia tamen testator pupilli matris, ejus respectivæ uxori, reliquerat legitimam, deciditur ita declaratam esse testatoris voluntatem non ordinandi talem substitutionem, quæ matrem à legitima excluderet, ut de hac decisione Ravennaten. cum ita explicando habetur actum in Romana fidicommissaria & legitime de Ross sub tit. de detractionibus.

In hac vero facti specie, clata videbatur testatoris voluntas ordinandi substitutionem in ejus tantum bonis, non autem in illis pupilli; Tum ex illis verbis supra registratis in boni hereditariis, que repetiuntur, & non alias, &c. ex quibus liquestante facultate alienandi data filio adulto, voluisse ita solum disponere de suis bonis hereditariis quæ remanerent, ut in fortioribus terminis verborum in omnibus eius bonis, quæ in prima institutione facta sunt, habetur apud Carill. dicta decis. 183 num. 11. ubi ceteri; Tum etiam ob inaequalem conditionem duorum hæredum institutorum, quibus reciproca per compendiosam facta est; cum enim respectu adulti verificabilis non esset substitutione pupillaris, idcirco ad æqualitatem servandam dicendum est, neque respectu pupilli adesse pupillarem ex plenè deducetur per Fusar. quest. 257 num. 12.

Favor piaæ causæ non fuit habitus in consideratione in d. dec. 183. Carill. n. 17. & sequens ex Hondon. Pereg. Fusar. & aliis ibidem allegatis, quasi quod major esset favor matris in successione filiorum

quam piaæ causæ; Verum circa hoc reflectendo ad veritatem, observabam distinguendum esse, an qualitas hujusmodi substitutionis directæ, vel respectivæ fidicommissaria, resultaret à dispositis voluntate, vel potius à juris civilis subtilitate ex natura seu qualitate verborum; Primo enim casu favor piaæ causæ in nulla consideratione habendus est, si agatur de matre, siue de quocumque alio successore, quoniam ut habetur supra dict. 108. & 109. & alibi, ac etiam habetur plures sub it. de testam. talis favor non supplet ea, que sunt voluntatis, secus autem in secundo, ex eadem ratione ob quam idem favor supplet omnes defectus solemnitatis, quod scilicet pia causa regulatur secundum ius naturæ, ac spectata testatoris voluntate naturali & de facto, ideoque non subjet subtilitatibus iuris positivi ac formalitatibus verborum; ideoque ubi testatoris voluntate magis assistente, pro directa, quam pro fidicommissaria, obstaret in contrarium qualitas verborum, quia nempe essent obliqua, tunc favor piaæ causæ esset considerabilis, idemque si conjectura voluntatis urgenter hincidet, ita ut ambiguum esset, quibus conjecturis magis iudex deferratur, tunc enim considerabilis est qualitas substituti, & econversò qualitas matris pupilli ab intestato decedentis, ad effectum vindredi, quis favor seu verisimilis dilectio præpondet. Arque ad hunc effectum satis operativa videtur circumstantia ponderata apud Mantic. d. decis. 367. & d. dec. 120 par. 7. rec. cum ibi allegatis, super transitu ejusdem matris ad secunda vota, non quod ista qualitas apta sit immutare qualitatem seu naturam substitutionis, ita ut de fidicommissaria fiat directa, ut aliqui male credant, sed ut sit una ex conjecturis quæ juncta cum aliis inducat voluntatem ordinandi sub compendiosa, potius directam quam obliquam, ita ut favor substituti præpondet favori matris.

Vnde cum in hac facti specie pro fidicommissaria urgenter dictæ duas conjecturæ, ac etiam magis assistent qualitas verborum, econversò autem nulla urgeret conjectura in contrarium, sed solum constitueretur fundamentum in favore piaæ causæ, idcirco reflectendo etiam ad veritatem, justa & probabilis via est determinatio pro competentia detractionum, decernendo solum immisionem dictæ Societati substituti ad formam substitutionis fidicommissariae.

## ROMANA HÆREDITATIS DE GABRIELIBVS.

PRO  
JOANNE BALTHASSARE BINAGO.  
CYM  
HOSPITALI SANCTI SPIRITUS

Casus disputatus coram judice ejusdem Hospitalis  
incertus est exitus.

An substitutio compendiosa facta per paganum filio impuberi per verba communia, contineat directam pupillarem, vel potius sit omni tempore fidicommissaria, etiam matre non existente in medio,

Bb 3 quoties

quoties resticta est ad hereditatem  
ac bona ipsius testatoris.

## SYMMARIVM.

- 1 Acti series.
- 2 Substitutio compendiosa verbis communibus sa-  
ea continet pupillarem, ubi mater non est in me-  
dio, & concurrit prohibitus detractionis legitima.
- 3 Distinguuntur causas circa dictam questionem, an dicta  
substitutio compendiosa contineat pupillarem.
- 4 Verius dicitur eam esse omni tempore fideicommissa-  
riam, ubi non adeo mentio pupillaris atatis, neque  
testator distinxit tempora.
- 5 Declaratur decisiones & autoritates sive nantes con-  
trarium.
- 6 Quando intret consideratio existentia matris in medio.
- 7 Est tamen quæstio presumpta voluntatis potissimum  
attendenda.
- 8 Quales esse debeant conjectura pro dicta voluntate in-  
ducenda.
- 9 Quæ regulatenenda sit in metiendis conjecturis.
- 10 Quid referat habere assentientia vel resistentia regula.
- 11 An favor pia causa in hoc operetur.
- 12 Quid clausula omni modo meliori.
- 13 Expenditur conjectura resultans à prohibitione de-  
tractionum, etiam legitime.
- 14 Quando conjectura dicuntur operativa.
- 15 Reprobatur ratio absurdus decendi pro parte sefra-  
tus & pro parte intestatus.
- 16 De aliquibus conjecturis excludentibus pupillarem.

## DISC. CXXIV.

**S**ebastianus de Gabrielebus in ejus testamento condito de anno 1619, heredem instituit Jacobum unicum filium adhuc latenter ex uxore jam defuncta procreatum, eique sine filio morienti, substituit ejus filios ac descendentes masculos ex legitimo matrimonio procreandos in infinitum, & quatenus absque dictis masculis decederent, vel ipsi corumque descendentes deficerent, ita ut linea masculina dicti Jacobi cessaret, exclusis feminis, quas dotari mandavit, in omnibus ejus bonis & hereditate substituit Hospitali S. Spiritus in Saxia, adiecta dicto Jacobo ejusque descendantibus in infinitum prohibitione cuiuscumque detrac-  
tionis etiam legitimæ; & quatenus dictus Iacobus vel descendentes respectivè dictam prohibi-  
tionem acceptare nolent, tunc eum vel eos dicta institutione privavit, declarando institutum in sola legitimæ, ad reliquum vero assimilando substitutos; cumque obiisset dictus Jacobus in pupilli-  
lati atate, hinc Hospitali in vim dictæ substitu-  
tionis, nemus testatoris integrum hereditatem accepit, sed etiam ejusdem pupilli bona materna, Quar-  
te post aliquod notabile temporis interstitium, Ioannes Balthasar Biagius dicti pupilli legitimus ab intestato successor, seu à legitimæ successore causam habens, judicium instituit contrâ idem Hospitali coram ejus judice particulari, petendo tam dicta bona materna, quam legitimam dicto Iaco-  
bo debitam in bonis paternis, aduersus quam  
partitionem excipiebant Hospitalis defensores de  
directa pupillari substitutione, quæ dicitur pupilli  
testamentum, atq; non solum legitimam sed etiam  
reliqua bona propria pupilli caput, cum in hoc dis-  
serat ab obliqua seu fideicommissaria, ut ceteris al-  
legatis firmatur apud Mantic. dec. 367, in principio decis.  
373 pariter in principio par. 2. rec. & capiplus, dum est  
principium vulgare ac receptum.

Et quamvis ex testamento nulla legum  
pressa pupillaris, minusque talis acta dispensa-  
vel conditionaliter in institutione vel substitutione  
enunciata, ita ut ageretur de simplici compen-  
diosa quartio, an pro tempore pupillati am-  
cenda sit, necne pupillaris pro excludeda in-  
legitima aliisque effectibus exinde resistente  
dicebant tamen, quod quicquid sit de dicta op-  
tionis veritate, ubi mater extat, cui aquin-  
pietatis ratio facis assistere videtur, ne à dicta  
li hereditate excludatur, atram omnium que  
cessabat ob matris non existentiam, possum  
quibus conjecturis concurrentibus, ex quo  
etiam ex auctoritate praesertim Rorze apud  
dec. 84. & 101. cum aliis plenis deducit per doc-  
sol. 15. inferabant curandum non esse de iusta  
ac substitutione per testatorem in ejus her-  
& bonis propriis ordinatis. In ea præterim  
aura potissimum fundam entum confinie-  
ducta ex prohibitione detractionum, eti-  
mæ, cum rure desumi videatur testator vole-  
disponendi etiam per pupillarem dictam, cu-  
qua & non alia dicta integra successio in dicta  
est verificabilis juxta theor. Barr. in l. 1. art. 1.  
vulg. & pupill. num 27. quam ceteri sequen-  
tia per Menoch lib. 4. presump. 16. n. 11. P. 1.  
ex n. 66 cum plur. seqq. Baratt. d. dec. 89. n. 1. d.  
n. 3. d. dec. 373. nu. 11. par. 2. rec. cumulando non  
idem reliqua in hujusmodi quæstione platea  
ea per Fusar d. qu. 241. Mart. Med. diss. 15. art.  
controv. 7. & alios.

E converso scribens Ego pro actione qua  
cause inserviendo, adhuc tamen cum alio  
senfu veritatis, contrarium dicebant prædicti  
deri, sed quoniam per scribentes in omni  
cum aliqua casuum confusione procedunt, &  
auctoritates per eos allegata ostendebant  
pudicū judicem potissimum difficultatem inde  
prædicta detractionum etiam legitimam possit  
idcirco ad æquivoca tollenda, ac venientem  
distingendo casus seu terminos, diebantur.

Aliud est agere de quæstione in genere, &  
compendiosa a pagano tacta verbis communi  
incluatur nec ne directa pupillari capitur  
enam, aliaque pupilli bona propria; Aliud est  
agere, de particulari limitatione seu casu, que  
scilicet substitutio resticta est ad bona propria  
testatoris.

In primo casu, magna est altercatio inter do-  
liliquet ex congestis per Bursatt. conf. 8. Pofit. q.  
cum seqq. Med. dec. 69. & alios, de quibus apud  
agatos, & tunc intrant considerationes, an ali-  
ne mater in medio, & an substitutus sit de pa-  
lectis, ut praesertim reputari solet pia causa, &  
alii quæ defuper eadum.

Quidquid autem sit de praedicto casu quæ-  
nis generalis, inanem dicebant laborem depe-  
immorari, cum non versaremur in eo, sed in in-  
casu, in quo testator restinxit substitutum  
eius bonis ac hereditate, ibi, & mancanda in  
linea masculina d. detto Vincenzo sistituta in  
singulis meis beni & hereditatil Venerabilis Nostri  
Et sic restictio non solum est in hereditate  
testatoris, ita ut substitutio indefinita sit de pe-  
quo casu intrat difficultas, sed reperita etiam et  
ipsa substitutione.

Hoc autem casu, si et non definit contradicere  
cum hodie ex Consulentiis praesertim confi-  
nibus, nil detur in jure absque controver-  
sione.

Aramen magis communis est, & quam perpetuo  
renuit Rota, ut quories facta non est mentis pa-  
pularis aetatis, neque testator tempora distinxit, sed  
agitur de simplici compendiosa indefinite concepta  
post aditam hereditatem, tunc substitutio facta  
per verba communia sit omni tempore fideicom-  
missaria juxta traditionem Baldi in *l. prisciborum* 44.  
*Cod. impub. & Ripa in d. centurio f. de vulg. nu. 120*, ut  
originaliter firmavit Rota in *Firmana bonorum de Rario*  
*3. Novemb. & 10. Decemb. 1584. coram Bubalo*,  
cum quibus decisionibus tangam in materia ma-  
gistralibus processum fuit in aliis praesertim dec.  
504. & 509 par. 4. divers., quarum secunda est re-  
petita dec. 22. post Merlin. de legit. & plen. in alia *Fir-*  
*mana dotis coram Carillo inter suas dec. 183. repetita*  
*dec. 1. nu. 6 par. 9 rec. & dec. 139. post Merlin. lib. supra*  
*num. 11. ubi dicitur receptissima sententia;* Neque  
quantum propria notitia praebat, constat in quo  
tempore fuisse contrarium, quinim expresse ad-  
missum in decisionibus, que tangam contraria  
allegabantur.

Siquidem in dec. 367. coram *Mantica* num. 2. po-  
tius admittitur regula & allegantur dictæ antiquæ  
decisiones, sed collitur ejus applicatio ex facto,  
quoniam substitutio erat facta personæ absque re-  
strictione bonorum, ut nu. 3. cum sequens & num. 8.,  
quod in presenti dici non poterat, dum non solum  
prima institutio habebat restrictionem ab bona  
testatoris, sed eadem restrictione repetita erat in sub-  
stitutione juxta verba superioris registrata; Atque  
in *Romana legitima* coram *Coccino* dec. 273. par. 3. recen-  
sita conclusio neque admittitur neque negatur,  
sed agendo de illa per verbum, quidquid sit, ut nu. 11.  
evitatur objectum ex facto, stante quod testator illis  
verbis quæ in stricta juris censura essent communia,  
usus est tangam directi, dum in calo, in quem  
venter prægnans fieret abortivus, cum eisdem ver-  
bis scripsit primos ac directos hætodes eosdem sub-  
stitutos, unde patebat de voluntate disponendi di-  
recte sub verbis predictis, aliaque concurrebant  
circumstantiae & conjecturæ, sed hoc unum est,  
quod non receditur à conclusione.

In dec. 84. *Buratti* num. 8. repetit. dec. 639 p. 1. rec.  
potius admittitur conclusio juxta dictas decisiones  
in *Firmana* coram *Bubalo*, sed pariter evitatur  
ejus applicatio ex duabus principalibus fundamen-  
tis, Primo nempe, quod verbum, *Vada*, esset direc-  
tum, ut nu. 4. vers. & per consequens & nu. 12. Et  
secundo quia facta est mentio pupillaris aetatis, ut  
nu. 9., atque ista sunt potissima fundamenta, li-  
cet in eorum corroborationem aliquæ conjecturæ  
que pondererentur; Idemque firmatur in alia  
conformatiori dec. 101. apud eundem alias 431. p. 2.  
rec., quoniam nu. 2. expresse admittitur conclusio  
limitanda ob expressionem pupillaris aetatis, & nu.  
5. repetitus fundamentum verbi directi, *Vada*.

Idem clarius ac melius firmatur decif. 120. par. 7.  
rec., quoniam num. 11. cum sequens. admittitur tan-  
quam vera dicta conclusio firmata num. 10., ut  
substitutione restricta ad bona & hereditatem testa-  
toris sit omni tempore fideicommissaria, sed dic-  
tur eam limitari in duobus casibus; Primo scilicet,  
ubi est facta mentio pupillaris aetatis, ut ibi 3. Et  
secundum, ubi concepta est per verba directa civilia,  
ut in eo calo factum esse probatur num. 6. & sequens,  
atque num. 13. & sequens, bene ratiocinando effi-  
gaatur ratio differentiarum, & deinde corroboratur  
ponderantur aliquæ conjecturæ, igitur conclusio  
stat firma; Quinim in d. secunda *Firmana* 10. De-  
cembri 1584. coram *Bubalo*, latè ac magistraliter

firmatur non sufficere incidentem mentionem pa-  
pularis aetatis, sed requiri illam dispositivæ vel fal-  
tem conditionaliter à testatore prolatam esse.

Neque dictæ conclusionis ratio penderit ab ex-  
istentia vel deficiencia matri, quoniam ista consideratio  
rectè procedit in dicto primo casu questionis  
in genere, non autem in isto, in quo punctus est  
circumrestrictionem ad bona propria absque men-  
tione pupillaris aetatis vel distinctione temporum,  
sæpius adjectio verborum directorum, nam præ-  
settima casu d. dec. 183. coram *Carillo* alias 31. par.  
9. rec. & 139. post Merlin. de legit. conclusus non  
erat cum matre sed cum amita.

Facebat quod ista quæstio sit præsumpta vo-  
luntatis in dubio attendenda, ut generaliter sunt  
omnes aliae ultimum voluntatum questiones, in  
quibus una vel altera opinio solum servit ad  
inducendam simplicem juris præsumptionem elidi-  
bilem, vel ex contraria voluntate expressa, vel etiam  
præsumpta ex validioribus præsumptionibus clita-  
ta, cum semper præsumptio cedat veritati, atque  
major præsumptio vincat vel sufficiat minorem, ut  
in omnibus allegatis auctoritatibus ac decisionibus;  
Verum istæ conjecturæ esse debent admodum ur-  
gentes, ita ut ad alium sensum referri non possint,  
sæpius vix alia fieri possit interpretatio, ut ex *Mantic* de  
conject. lib. 5. tit. 7. num. 17. *Marescot* lib. 2. var. cap.  
140. nu. 10. & aliis, firmatur in allegatis originariis  
*Firmani* coram *Bubalo* in d. dec. 504. nu. 2. par. 4. dis-  
vers. & d. dec. 31. par. 9. rec. nu. 29. & dicit etiam *Fu-*  
*jar. qu. 241. nu. 77.*

In metiendis autem conjecturis, certa & determi-  
nata regula trahi non potest, cum totum pendat à  
prudentiis judicis arbitrio, regulando ex individuo-  
rum casuum circumstantiis, ex quibus eadem con-  
jectura in uno admittuntur, & in aliis refelluntur  
juxta carum numerum sive concursum majorem  
vel minorem, ita ut pro meo iudicio non bene di-  
catur, illa conjectura canonizata fuit in ea decisio-  
ne, ergo facit regulam certam in omni casu; Vel  
econtraria, rejecta fuit in eo casu, ergo generaliter  
est rei scienda, sed juxta generalē conjecturalium  
regulam, consideranda est tota facti massa insimul  
unita, ponderando sive appendendo in statera  
omnes conjecturas & circumstantias hinc inde influentes,  
ad effectum dignoscendi præpondan-  
tiam.

Cum haccamem differentia inter eum, qui habet  
pro se regulam sive juris præsumptionem, & eum,  
cui talis regula resistit, quod habens regulam non  
indiget conjecturam, cum habere dicatur fundatam  
intentionem in regula, donec r. s. limitatio,  
ut per *Mantic*. dec. 251. nu. 1. & d. propterea con-  
jectura non defervint ad obandum regulam sed  
ad impedientiam ac elidendum sive debilitandam  
probacionem allegantis limitationem, dum con-  
jecturam hinc inde se conquassantibus vel debilitan-  
bus, firma remanet regula.

Ponderando igitur conjecturas ex adverso de-  
ductas, illæ de per se erant debiles ac inefficaces,  
quamvis nihil in contrarium obstaret, multo ma-  
gis contrariae conjecturæ urgentibus; Prima enim  
deducta ex favore pia cause expresse rei sciatur in  
d. *Firmana* dotis 183. coram *Carillo* alias dec. 31. par. 9.  
rec. nu. 30. & sequens. & 139. post Merlin. de legit. nu.  
19. ac latius & fortè solidius rei sciatur in d. secunda  
*Firmana* 10. Decembri 1584. coram *Bubalo*, ubi de po-  
tentiori favore filiorum testatoris qui erant substi-  
tuti, ibique ponderatur, quod ista est bona conje-  
ctura in calo prima questionis generalis superiorius

infinitate, ubi scilicet agitur de simplici compendiosa sine restrictione ad bona propria, sed ubi ista concurrit, tunc nullius est operationis, nam etiam in calu dec. 504. p. 4. divers. agebatur de pia causa substituta, ut etiam in d. divers, coram Cavillo.

Secunda conjectura deduceta ex clausula omni modo meliori, plenè rejicitur in eadem proxime allegata secunda decisione Firmana coram Bubalo, & in dicta alia moderniori Firmana coram Carillo, potissimum ubi clausula predicta non est particulariter adjecta in ipsa substitutione, sed est generalis in toto testamento, cum tunc si casus indubitatus, ut in specie ponderatur in d. Firmana coram Bubalo: Ideoque confarcinatæ auctoritates per Amat. resol. 15. num. 24. super hujusmodi clausulæ efficacia, recipi posent, ubi illa specialiter huic dispositioni adiecta esset.

Tertia conjectura solùm alicujus momenti est, resultans à prohibitione omnium detractionum, etiam legitimæ, cum ita probati videatur voluntas testatoris disponendi directè de toto, ex latè deducetis per Amat. d. resol. 15. n. 21. Rot. dec. 373. nu. 11. par. 2. rec. Buratt. d. decis. 84. n. 11. & 101. nu. 3. ubi ex Menob. lib. 4. præsumpt. 56. nu. 12. & alii, dicitur, quod ubi concurrevit prohibitio legitimæ, nulla adest controversia, ex originali theor. Bart. in l. centurio nu. 27. Verum & ista tollitur triplici responsione, quarum una sufficit, multò magis si ambo in unum unitæ ponderentur.

Primo quia ista detractionum prohibitio non solum adiecta est Iacobo infanti primo instituto, sed etiam ejus filiis & descendantibus, quorum respectu, impossibile est testatorem, nec in ratione voluntatis, nec in altera potestatis sentire potuisse de pupillari directæ; Et clarius quia eandem prohibitionem continuavit inspecto tempore, quo idem Iacobus esset jam pubes, ac in statu eligendi magis legitimam quam hereditatem ita vinculatam, ergo talis prohibitio ad hanc voluntatem absque dubio referri non potest; Potissimum quia notorium est istam generalem prohibitionem passim adiici solitam esse etiam in fideicommissariis substitutionibus, quæ filiis majoribus vel emancipatis fiant, ut est in Rota quotidiani, igitur non est dispositio habens peculiaritatem pupillaris directæ.

Secundò quoniam Bart. loco citas, à eujus originali traditione omnes derivant, considerat istam conjecturam in dicto primo casu questionis generalis, sed non descendit ad speciem, quando substitutione restricta est ad bona vel hereditatem propriæ, atque in hoc consistit & equivocu aliquorū modernorum præsertim Amati d. resol. 15. elaborati quidem DD. sed indigesti ex consueto vito, de facili confundentis auctoritates de uno casu loquentes cum casu diverso, quoniam aliud est agere de hujusmodi conjecturæ efficacia ad effectu dictæ questionis generalis, ubi scilicet agitur de simplici compendiosa generali ac indefinita, aliud verò ad esse & um limitandi dictam receptam conclusionem ex fundamento restrictæ dispositionis ad propriam hereditatem, ut bene, ac latè respondendo huic conjectura deducet ex dispositione pro quota, advertitur in d. Firmana (O. Decembri 1584. coram Bubalo), ac etiam d. dec. 504. nu. 2. par. 4. divers. Atque in d. Firmana 183. Carilli alias dec. 31. par. 9. recen. & dec. 139. post Merlin. de legit. adhuc substitutio erat in universa hereditate, sed id curatū non fuit, & Fusar. d. quæst. 41. agendo plenè de ista conjectura, ex nr. 66. referendo iuxta stylum opiniones hinc inde, nu. 75. dicit esse basis subtile opinionem Peregrin. quam vix approbarer.

Et tertio quod prohibitio legitima peccat alicuius ponderis, quando pupillus, cui facta est substitutione, nil aliud haberet, ita in mente rebatur cogitari non potuerit aliis directe pupillatus, et si nisi iste, in quibus terminis loquuntur concessus ubi pupillus tunc habebat alia bona pro testatori nota; Multò verò magis si huic reprobatur auctoritas aliae precedentes, illæque minime unum ponderentur in idem; Neque in hoc curandum de Amato d. resol. 15. ac de dñi per eam M. Curiam decisæ fuerint, quotiens in pluribus & quicunque, & quod decisio esse habere distinetam noticiam illius facti, a juis circumstantiis illa decisio justè prodire possit. Ac etiam quia dum sumus in Curia, in dubio dendum est quid perpetuò lenferit Romanus in uno casu judicaverit magna Curia Sicilia.

Advertendo etiam, quod licet dictæ conjecturæ, vel aliquæ, præsertim apud Buratt. d. dec. 101. canonizatae sint etiam in calu, quo dictæ restrictæ esset ad bona propria, Attamen idem datum est in terminis, in quibus dictæ decisio consimiles loquuntur, ubi scilicet condubatur, vel ex mentione actatis pupillari, ratiis directis, quo casu conjectura ponderatur, quare famulatæ seu corroborative distinctiones, sed isto casu excepto non datur decisio scilicet illæ concurrunt principaliter ac per se.

Inepta verò est ratio ponderata per Amat. l. 15. n. 16. scilicet contingat alia pupillam de pro parte testatum, & pro parte intestatum, quia etiam in merè fideicommissari substituta facta filio adulto alia bona propria habent hereditatem, quod illa capiat totam hereditatem sive aliqua detractione etiam legitimam obstat ea re, quæ vulgo dicitur Soccini, brevi etiam Ottob. dec. 106. & passim, & quam proprietas in præsenti adhibere voluit, unde proportione id est considerabile, quando effemina pro parte instituto in re certa, seu substituta in merè facta est iuxta terminos sexti in capitulo sexto, in sexto, ut bene adveretur in d. Firmano Decembri coram Bubalo, ubi ceteri, sed isto saliente, non videtur ubinam dicta ratio abesse detur.

E converso pro exclusione dictæ presumpti plures urgebant forsitan stridores & cœiores conjecturæ, per quas tamē difficultate seu ostensio præcedentes, ut supra insinuat.

Primum enim est juris deducta per Fusar. d. dec. 19. & 21. quod scilicet Hospitale cum unicam testationem, ac eisdem verbis substitutum est, non debet pupillo, sed etiam illis, qui pupillo substitutur, & in quibus dati non poterat casus dñe pupillaris.

Secunda est; quod testator professus est testamentum suum, ibi, Il mio testamentum, regi facere substitutionem directam pupillare, que importat testamentum alienum.

Tertia est efficiælor facti ac hominis, quod testator recte sciebat filium esse infante, & non sentem, dum ejus nutriti providit, ergo directe facere substitutionem pupillarem directam, & risimiliter distinxisset tempora, atque etiam pupillarem in dispositiva vel conditionali posse.

Quarto pariter facti, quia testator recte factum pupillum habere alia bona, præteritem illam, quam in eodem testamento enunciavisse, atque testamenti contextus ostendebat, illud sic accurate & cum magna seritate conditum.

Am diligentissime providit super litibus aliquis  
nuntius, ideoque nulla penitus verisimilis ratio  
faudere videatur, quod si in animo habuisset fa-  
cendi substitutionem pupillarem directam, ac di-  
sponsandi etiam de bonis propriis pupilli, id non  
expressisset, quinimò expreßerit contrarium, re-  
stringendo dispositionem ad bona propria, magna  
siquidem differentia est inter legitimam quæ in ef-  
fectu est de bonis testatoris, & ista bona quæ verè  
runc non erant sua; Hæc discurrebam, incertum  
vero est quid sequutum sit, neque maturum judi-  
gium defuper efformavi.

## ROSSANEN.

INTER

ORATORIVM SANCTI JOANNIS  
&  
SIGISMINAM CERENTINEAM.

Discursus pro veritate in casu concordato.

An præmoriente substituto, pupillaris  
substitutione caducetur, vel potius  
transmittatur ad substituti hære-  
des sanguinis, vel etiam extrancos,  
ad text. in l. qui patri ff. de acquir.  
hered.

## SUMMARYM.

- 1 Fabri series.
- 2 Substitutio pupillaria transmittitur ad substitutum  
præmorientis heredes ad text. in l. qui patri  
ff. de acquir. hered.
- 3 In quibus casibus id limitetur remissive.
- 4 Deratione in qua dicta transmissio fundatur.
- 5 Vocatio heredum substituti quid in proposito operetur,
- 6 Sub hac vocazione an veniant omnes vel solùm heredes  
sanguinis.
- 7 Vbi etiam venire illi sanguinis tantum. Limitatur,  
ubi verba sunt generalia, vel adest verbum suc-  
cessores.
- 8 Item ubi substitutus est extraneus, Et quando hic dic-  
iunt talis.
- 9 Vel ubi substitutus verisimiliter non sperabat filios.
- 10 Quod favor pia causa pravaleat favori matris.
- 11 Datur distinctione in proposito confundendi qualitatem  
heredum, in quos haec transmissio fiat.
- 12 An existentia matris in medio faciant cessare disposi-  
tionem text. in d. l. qui patri.

## DISC. CXXV.

- 1 Ioseph de Martinis, in ejus testamento hære-  
des æqualiter instituit Dominicum filium  
ex Sigismina uxore procreatum, & Fabritium ipsius  
testatoris germanum fratrem, quem ejusque hære-  
des & successores substituit dicto Dominico in pu-  
pillariate morienti, vel etiam quandocumque  
fini filii legitimis & naturalibus ex corpore de-  
scendentibus.

Obiit deinde Fabritius condito etiam testamen-  
to, in quo hæredem usufructuarium instituit di-  
ctum Dominicum nepotem, proprietarios vero  
ejusdem Dominicis filios ex legitimo matrimonio  
procreando, & quatenus illi non nascerentur, vel  
nati decederent, mandavit ex ejus bonis erigi Ora-  
torium cum onere celebrationis Missarum juxta  
modum ac numerum ab eo praesintum, cumque  
subsequuta esset etiam dicti Dominicis mors in pu-  
pillariate; Hinc orta est controversia inter di-  
ctum Oratorium seu ejus executores & predictam  
Sigisminam Dominicis ultimo defuncti matrem jam  
binubam, ita prætendente invaliditatem testamenti  
dicti Fabritii, quo posito idem Dominicus fuisse  
ejus intestatus successor, & quod quatenus dictum  
testamentum subsisteret, ad huc tamen sibi debita  
esse successio in bonis Dominicis filii effectis libe-  
ris à substitutione per prædecessum substituti cadu-  
cata; De primo autem puncto habetur in sua mate-  
ria sub tit. de testamentis, Super secundo vero cadu-  
cationis requisitus de meo sensu p. o. veritate didi  
discursum, ut sequitur.

Pro transmissione in nostris terminis punctuali-  
bus habemus text. expressum in l. qui patri ff. de acquir. 2  
hered. cum quo transeunt communiter ibidem Bald. Alex. Castr. &c alii conculati per Martin. de conject. lib.  
11. tit. 20. nu. 12. Merlin. lib. 2. controp. 1. nu. 25. & sequen.  
latè Noal. de transmiss. casu 7. nu. 11. arque tanquam  
regulari indubitate admittunt Angelin. & Rimini-  
nald. jun. conf. 638. & 639. & Menoch. conf. 417. qui  
omnes consenserunt in eadem causa, eamdenique  
regulari admittit absolutam Castr. conf. 114. nu. 5.  
lib. 1. neque videtur de illa posse debitum, quoniam  
textus est clarus, ejusque dispositionem non esse  
exorbitantem sed justam ac rationabilem firmant  
Doctores, ut rectè observat Merlin. ubi supra, ita ut  
super impugnatione regulæ nullatenus videatur  
immorandum.

Limitant illam Doctores in pluribus casibus,  
quorum aliquos congerit Noal. de transmiss. dicto 3  
casu 7. n. 16. & sequen. aliosque observant Castr. d.  
conf. 114. Riminald. jun. & Menoch. locis citatis, id est  
videndum est, an verisemur in aliquo casu limitato,  
qui nostris terminis possit applicari.

Duas tribuit limitationes Paul. de Castr. dicto conf.  
114. num. 5. ex quibus in suo casu putat non intrare  
dispositionem dicti textus; Primam scilicet ubi sub-  
stitutus qui testatori cohæres erat cum pupillo vi-  
vens nos adserit testatoris hæreditatem, quæ limi-  
tatio non intrat in casu nostro, quia Fabritius ad-  
avit hæreditatem Iosephi; Et secundam, ubi substi-  
tutio non est universalis, in qua Castr. dicit pro-  
cedere dictam textum, sed est particularis, & haec  
particula nullatenus applicatur, quia sumus in insti-  
tutione & substitutione universalis, ergo dictum con-  
silio Pauli de Castr. nil pertinet ad istam causam.

Alli vero, nempè Riminald. jun. Angelinus & Me-  
noch. arque ad istos relativè Fusar. quæst. 164 n. 40. di-  
cunt transmissionem deductam ex dispositione  
texti in d. l. qui patri procedere ex præsumpta volun-  
tate testatoris, quæ præsumptio cessat, ubi constat  
de contraria voluntate per veras probationes vel  
fortiores præsumptiones, & id est cum in eo casu  
testator substituerit masculum, quatenus supere-  
sset, eoque non extante substituerit feminam, dici-  
tur per allegatos. Auctores non posse prætendi  
transmissionem substitutionis in hæredes masculi,  
quos testator noluit & exclusit, dum non existente  
masculo vocavit feminam, & sic nunquam testa-  
toris præsumptam voluntatem tales hæres habet.

Istud